e-codices

Propterea te uocari ad coenam uolo
Par Facete dictum. Aeg ſed ſi pauxillo poteſ
Contentuſ eſſe. Par ne perpauxillū modo
Nam iſtoc me aſſiduo uictu delecto domi
Aeg Ageſis. roga emptum niſi q meliorem afferet
Que mihi atque amiciſ placeat conditio magiſ
Quaſi fundum vendam meiſ me addicam legibus
Par Proh fundum uendiſ. Aeg tu quidem haud fundū mihi
Sed ſi uenturuſ tempori. Par e multis iam otium ē
I modo uenare leporem. nunc iam teneſ
Non meuſ ſcrupoſam uictuſ cōmetat viam
Nunq iſtoc uinces me egio ne poſtuleſ
Cum calceatis dentibuſ ueniam tamen
Aeg Aſper meuſ uictuſ eſt ſane ſentis me. beſtias
Terreſtriſ coena ē. Par ſus terreſtriſ beſtia eſt
Aeg Multiſ oleribuſ. Par curato egrotos domi
Par Nunquiſ uiſ. Aeg uenias temperi. Par memorem mones
Aeg Ibo intro. atque intuſ ſubducam ratiunculam.
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.
Ad fratrem quo ire dixeram mox iero.

LORARIUS. PHILOCRATES. TYNDARUS CAPTIUI DUO.

Dij immortaleſ id uoluere hanc uoſ erumnam exequi
Decet id pati equo animo. ſi id facietiſ leuior labos erit
Domi fuiſtis credo liberi ſeruitus nunc ſi euenit
Ei uos morigerari moſ bonuſ eſt eamq: & herili imperio
Ingenijſ uoſtriſ lenem reddere. indigna digna hnda ſt q heruſ facit
Cap O hoh. Lo eiulatione haud opus ē multa oculiſ multa mira cuditiſ
In re mala animo ſi bono utare adiuuat
Cap At noſ pud& quia cum catenis ſumuſ. Lo At pigeat poſtea
Noſtrum herum ſi uos eximat uinculis
Aut ſolutoſ ſinat quoſ argento emerit
Cap Quid á nobiſ metuit ſcimus noſ noſtrum officiū qd eſt
Si ſolutoſ ſinat. Lo At fugam fugitiſ ſcio quam rem agitiſ
Cap Noſ fugiamus: quo fugiamus. Lo in patriam.
Cap Haud noſ decet fugitiuoſ imitari. Lo immo edepol
Si erit occaſio haud dehortor. Cap unum exorare uoſ ſinite noſ

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2044v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2044v)